ACAD. LUGD. BAT. BIBL.



S. Diu adventus tui fama Amsterodamenses lactavit Clar.mme Hugens,
postquam Grollae expugnatae Trophaea Hagam transtulisti. Sed cunu-
sculos eos pertinaci in aula comperendinatione eludis, qui neces-
sitati Principis jugi obsequio pares. Colloquij ergo spem secludens, literario
legato rem perago, sed membrana longo situ squalida ad properare jussa.
Quippe dum oris tui simulacrum expecto, domesticis latebris fota, apri-
cationem suam deseruit. Tu serotinam digitis in blanditiem compositis
attrectare digneris, ut quae ibi votorum nostrorum summa est, ad eventum
perduratur. Quicquid autem natum erit, quod auribus nostris inseri mereatur
exiguo chartae pitacio includes, si tibi vel vitio creato otio Varuna ab-
blandietur. Bajulum vero tibi sunt praesto, qui nostris vecturam praebet,
et alloquium tuum hyberna profectione aucupatur. Juvenis est, moribus
edolumatis polyticam exprimens; artificio praecellens, seu tu Cytharam
(vulgariter loquor) seu Violam ad experimentum vocabis. Indiae occidentalis fata taediosa transfretatione enavigavit, manu ferrum quoque
tractare gnarus, ut tu eum solo nervorum tactu enervem credas. Dignus
meherclee est, qui tuo praesidio tantum evaleat, ut Principis suffragio
ad meliores sortis rationes deducatur. Si tamen conditiuncularum imparata
spes erit, in futuram pollucibilitatem eum servare digneris. Dummodo in
legatorum consessu aliqua famae scintilla inclarescat. Si et potior
promovendi callis tibi illucescet, eum indicio tuo partum habeat. Polyhymnia
tibi hoc nomine titulos augebit, si psallendi dexteritate nobilis, artis
gloriam in peregrino disseminare volet. Me quoque prono pectore meri-
tis tuis attendentem habebis; velut in ipso quoque officia non cessabunt,
quae pariandi necessitate quamvis fastidiosae debilitati satisfacient.
Vale Clar.mme Hugenij et me amare perge. Amsterd. pr. Cal.
Jan. CIↃ.IↃ. XXViij

Antonius Martinus

Tuus

Petrus Gruterus

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 2
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/382

Erentfesten hooch ge-
leerden voorsichtigen
Constantinus Hugens
Secretarius vanden
doorluchtigen Prince
van Orangien etc.

J. Gruterus.

par amis

inden Hage